



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Capitulum IX. Ex parte.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

cap. hujus respondet, rescriptum hoc fuisse ad Fratres S. Joannis, sed aliam esse rationem de Monachis & Monialibus.

3 Notandum tertio, Monachis, & Sanctimonialibus simul habitare non est concessum, sed separata habere debent monasteria, & habitacula, ita, ut ab uno ad alterum non pateat introitus.

## CAPITULUM IX.

## Ex parte.

## PARAPHRASIS.

Quidam in infirmitate positus cum consensu uxoris votum Castitatis emisit, & monachalem habitum suscepit: postmodum liberatus infirmitate uxorem retinuit, eaque defunctâ aliam sibi copulavit. Rescribit Pontifex, compelli debere ad relinquendam mulierem, & redeundum ad Religionem.

## SUMMARIUM.

*Valida est confessio facta cum conjugis licentia.*

Notandum. Si conjux conjugii licentiam profitendi in Religione dedit, valida est confessio: quare si maritus v. g. ab Episcopo ad uxorem revocetur, in casu, quo ipsa in periculo incontinentiæ versatur, & Religionem profiteri non vult, aut non potest, conjugis debitum petere non potest, licet petenti uxori reddere teneatur. Deinde si uxor prior moriatur, maritus aliud matrimonium contrahere nequit, sed ad monasterium redire debet. Vide, quæ dixi inc. 4. & c. ex publico 7. hoc tit.

## CAPITULUM X.

## Consuluit.

## PARAPHRASIS.

Quæsitum est ex Clemente III. si vir ad Religionem transierit, & ultra annum in

ea manserit, postea uxor mortua sit, an habitum sæcularem iterum assumere, & uxorem ducere possit. Respondetur, quod nec habitum regularem, quem assumpsit, abjicere, nec aliquam libertatem conjugii jungere possit, aut si matrimonium contraxit, dirimendum fore.

## SUMMARIUM.

1. Mariti profitentis, invitâ quidem uxore, tacente tamen, & dissimulata eâ mortuâ, valet confessio.
2. Saltem post ratificationem factam, sciente nullitatem suæ primæ professionis.
3. Locum habet pro modo, hæc doctrina etiam in casu exortia nova in ipsa vel dolo licentia.

Notandum. Si uxore tacente, & dissimulante maritus Religionem professus sit, hac mortuâ statim valet confessio. In hoc cap. intelligunt Innocentius, Abbas, & alij apud Ioann. An. sic, eorum proponunt professionem ante mortem uxoris non fuisse validam, quia licentia non erat sufficiens.

Sed quæstio est, num ipso facto, seu per solam mortem conjugis, veluti subitaneum obstaculo, valideret confessio; an vero novo consensu, seu ratificatione opus sit, ut parte invalidè professi. Priorem partem præque tenent apud Sanchez L. 7. de matrimonio n. 18. Barbosa hic argu. hujusmodi. Sed contrarium est dicendum in Glossa hic V. fraus. Innocentius Sanchez cit. loco. Cum enim prior professio fuerit, necesse est, novam professionem fieri; at verò nova professio fieri non potest sine novo consensu expresso vel tacito, ut consensus de forma subitantiâ professionis sit, sicuti & matrimonij carnalis, a cujuscunque contractûs; quare idem attendendum de matrimonio, ejus nullam nunquam purgari, id est, si irritum sit, nunquam convalescere, nisi novus consensus contrahentium accedat, ut docent DD.